

Speculum mensae.

Vos discreti qui manducatis
 Primo manus lotas habeatis,
 Benedicite Deo dicatis,
 Inferiorem locum assumatis,
 Erecto corpore sedeatis,
 Et læta fronte cibum accipiatis,
 Digniori locum edendi tribuatis,
 Sal cum cultello semper capiatis,
 Cum aliis scutellam non intingatis,
 Cibum in mensa non corrigatis,
 Cum primo commensali non bibatis,
 Ossa magna rodere non præsumatis,
 Nec ea sub mensa projiciatis,
 Sed ad discum convenienter et discrete ponatis,
 Nec digitos lambatis,
 Bartholomeum de carnibus et pane non faciatis,
 Manus super mensam non ponatis,
 Minus cubitis quiescendo satagatis,
 Visum hinc inde modicum dispergatis,
 De cibo deposito semel non resumatis,
 Nisi jussu vel interrogati pauca dicatis,
 Et semper laetum vultum habeatis,
 De validis sermonibus conferatis,
 Vitam absentum ne mordeatis,
 Neque præsentis derideatis,
 Nullum ad iram commoveatis,
 Modice potum et eo sæpius capiatis,
 Caput etiam fricare omnino caveatis,
 Simile in manibus non faciatis,
 Sputum quanto minus potestis ejiciatis,
 Vipam in ore non faciatis,
 Quod fit (si)ore aperto masticatis,

Pedes sub mensa componatis,
 Nec sternendo sedeatis,
 Cultellum in manu non semper habeatis,
 Nec quidquam in mensa lingatis,
 Sed singula applicando ante ponatis,
 Numquam in mensa cantare præsumatis,
 Nisi toto completo tunc faciatis,
 Et ungues præcidere omnino caveatis,
 Et caseum nisi semel capiatis,
 Sic refectionem corporis perficiatis,
 Immortali Deo deinde gratias dicatis. Poeta.

Vorstehende Verse sind entnommen einem geschriebenen Büchelchen vermischten Inhalts aus dem 15. Jahrhunderte. Die Abkürzungen und die Orthographie sind nicht beibehalten. Der Vers Bartholomeum de carnibus et pane non faciatis ist nicht recht verständlich. Vielleicht ist er folgendermaßen zu erklären. Der Tradition nach wurde der Apostel Bartholomäus geschunden. Ein Schinden des Fleisches, namentlich des gebratenen Fleisches, und des Brodes findet aber statt, wenn man das Außere, die Krusten, welche wohl mancher besonders liebt, rund herum abschneidet; das zu thun wird also als unanständig bezeichnet. — Das eingeklammerte si ist ohne Zweifel zu ergänzen.

Recklinghausen.

Dr. B. Hölcher,
 Gymn. Dir.

Aus einem alten Gebet- und Betrachtungsbuche geschrieben im Jahre 1502, geendiget auf St. Hieronymus-Tag.

Anfangend:

hyr begynt eyn ghenochlick boek, wu de geislike Kinder enen Wyngarden der Zelen sollen planten.

Item in den Wyngarden is ock een groet Vnghe-
 lucke als de mol eder de Wrote anders ghenomet de